

num enim fuit, ut qui de aliorum ruina metastabantur superbe, in brevi casum proprium fieret cogerentur acerbe. Hoc quidem anno secundo capta fuit Raffanaria et igne combusta.

*De p̄flio apud Varanum commisso.*

CAP. LXIX.

*Tua* *a* *[a]* *G*radente illo letifero Angelo [a] qui mendacio p̄fest atque fallaciis, ut Faventinos iterum faſtant, et omnes insimul perimunt, Ravennates et Livienses laborare non cessant. In captivitate igitur Faventinorum positus Ubaldus de P̄thrignano, [b] p̄femonitus a Ravennatibus et Liviensibus, ut castrum Latini [A], in quo partem habebat, Faventini daret, eorum promittit consulibus [c] qua promissione jumento firmata, et filio proprio in obsidem dato, domum adit propriam, et secretum, quod cum Faventini statuerat, totum Ravennatibus pandit ac Liviensibus, qui ad eorum servitūm vocare nōn differunt Caſenates, Populienses [c], Bretenorienses [d], Cervienses, Castellionenses, Galatenses. Anno agitur MCLXX, in mense madii [e] *Mai.* die vero statuta, Faventini tantam ignorantes nequiciam, soli et non omnes, ad p̄dictum equitant caſtrum [f], arbores et vineas ex more incisuri, et caſtrum a proditore accepturi p̄fato. Interim Ravennates et Livienses, una cum p̄fatis populis, totum locum, qui ab ecclesia ibi posita dicitur Sanctus Varanus, et viam, quae patet Faventini, reditus occupant, et illos, jam per turmas divisos et sub certis vexillis redactos, Guido de Obertino [g], nobilis et potens civis, Ravennates sic alloquitur [h] dicens:

*Oratio domini Guidonis de Obertino [i].*

« Infinitas et immensas gratiarum actiones nostro tenemur reddere Creatori, qui Faventinos vestros perpetuos [j] inimicos, omnibus bonis eorum nequiciis detestabiles [k], omnium hominum sceleratissimos quos terra sustinet [l], nostris hodie [m] traditurus est [n] manibus. Ipsi enim omnia nobis promissa rescindunt, nemini pacta

[a] *letifero Angelo*, Codd. M. et V.; *Lucifero, Angelo*, C. A. — [b] *Ubaldus e Pethrignano*, Codd. M. et A.; *Ubaldus de Petrignano*, C. V. — [c] *Populienses*. Sic Codd., cives nempe Fori Pompilii. — [d] *Bretenorienses*, C. M.; *Britorienses*, C. V.; item *Britinorienses*, C. V.; cives nempe Britinorii, vulgo *di Bertinoro*, a Bretonibus aedificatoribus et incolis fortasse dieti. — [e] *in mense madii*, C. M.; *in mense maii*, C. V. — [f] *equitant caſtrum*. Sic C. M.; *equitaverunt caſtrum*, C. V. — [g] *Guido de Obertino*. Sic legendum; C. M. vero hic habet: *Guido de Obertino*, licet postea de *Obertino* habeat. — [h] *Ravennates sic alloquitur*, C. M. Sic legendus et sic habet C. V. — [i] *Oratio domini Guidonis de Obertino*. Sic etiam C. A. — [j] *vestros perpetuos*, Codd. M. et V; *nostros perpetuos*, C. A. — [k] *detestabiles*, C. V.; *destabiles*, C. M. — [l] *quos terra sustinet*, C. V.; *quos terra subſtinet*, C. M. — [m] *nostris hodie*, Codd. M. et A.; *vestris hodie*, C. V. — [n] *traditurus est*, C. V.; *tradicturus*, C. M.

[A] *Castrum Latini*. Sic Codices; vulgo dicitur *Castel Latino*, et etiam *Ladino*. Nunc est villa marchionis Fabritii Paulucii, Forolivioque vix quatuor milliariis, meridiem versus, distat.